Salzburger Urkundenbuch (Ed. Hauthaler); Codex Odalberti, Nummer 93

Cognitum vero sit omnibus sanctae aecclesiae fidelibus, qualiter quidam nobilis vir n(ominatus) Gundbold cum Iuuauensis aecclesiae archiepiscopo Ôdalberto quoddam ipse iam dictus Gundpold in manus domni archiepiscopi Ôdalberti et advocati sui Kerhohi talem ad sanctum Petrum sanctumque Rodbertvm in Econtra domnus iam dictus Ôdalbertus archiepiscopus cum manu advocati sui Kerhohi consulti eidem nobili viro Gundpold vocato de rebus ecclesiae dei sibi commissae tradidit in eodem pago in comitatu Kerhohi ad Megiloluingun territorii hobas III cum caeteris omnibus iuste ad hunc locum pertinentibus sibi et hoc sciendum, quod ex utraque parte loca tunc deserta iacebant.

Isti Diotmar, Otker, item Diotmar, Pernhart, Reginperht, Dultinch, Rafolt, Ruodolt, Ruodolf, pâpo, engilperht, hoholt, volrat, reginhart, Ŏgo, meginhelm, mîlo, salaman, folchrat, fridaperht, Uuithart, item Diotmar, Fricho, Kanzo, Nanzo, Ludolf, Reginolt.

Actum ad Sanctum Georgium, anno DCCCC XXXIII.

Salzburger Urkundenbuch; Codex A Nummer 93, in: Willibald Hauthaler, Salzburger Urkundenbuch Bd. 2, Salzburg 1910, S. 156-157.
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:salzburg.hauthaler-a0093.lat001/passage/1
Heruntergeladen: 2024-10-18